



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

9 Appellatio seu querela non retardat exequutionem eorum, quae sunt decreta in visitatione eorum, &, quae sit auctoritas Episcopi in visitatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

in à capitulo, sede vacante deputati, ut ibi, liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenient. excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscunque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscunque sibi subditos in diœcesi sua, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientia gratis, absolvere impositâ pœnitentiâ salutari, Concil. Trident. cap. 6. sess. 24. de reform.

Decimò fallit in visitatione, quia, licet sede Episcopali vacante capitulum succedat in jure visitandi diœcesina, ut trad. Abb. in cap. cum olim, num. 2. vers. sed in distinc. de major. & obed. tamen non habet jus visitandi monasteria, nec loca exempta, quæ visitat Episcopus, ejusque Vicarius generalis auctoritate Apostolica, Clementin. 2. de st. tu. monachi. Abb. in d. cap. cum olim, nu. 2. vers. quindò dubitatur, & Concil. Trident. cap. 8. sess. 7. de reform. & cap. 9. de reform. sess. 24.

Undecimò fallit in correctione, in qua licet capitulum habeat jurisdictionem procedendi, illam habet jure ordinario, & Vicari Episcopi cum facultate sufficienti procedit, omni appellatione remota, ex dispositione facti Concilii Tridentini, ubi inquit, Episcopi, ut aptius, quem regunt populum, possint in officio, atque obedientia continere, in omnibus iis quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus, & potestatem habeant, etiam, tanquam Apostolicæ Sedis delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi juxta canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro

subditorum emendatione, ac diœcesis suæ utilitate necessaria videbuntur. Nec in his, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, seu querela, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut judicata fuerint, quoquo modo impediatur, aut suspendatur, ut in cap. 10. ead. sess. 24. de reform.

Vicarii, & officiales generales Episcoporum unum, & idem sunt, cap. licet, cap. final. de offic. vic. in 6. & Rot. decis. 2. in addit. num. 2. eod. tit. in nov. & habent jurisdictionem ordinariam, cap. sua, de offic. vic. cap. licet, eodem tit. in 6. Abb. in cap. final. num. 2. de st. le. instrum. Innoc. in cap. sua nobis, de offic. vic. Felin. in rub. de offic. deleg. nu. 4. & Jas. in rub. de offic. ei. nu. 2. coruscantque ex radiis Episcoporum, ita quod Episcopus, & Vicarius representat utrum, & idem tribunal, & consistorium, c. 2. de consuet. in 6. cap. Romana, de app. lib. eod. lib. gloss. antepen. in Clem. 2. de re-script. & Rot. decis. 9. de offic. vic. in antiquis.

Unde inter Episcopum, & Vicarium non datur locus, sed immediatè post Episcopum sedere, accedere, & omnes de capitulo precedere debet, nec potest contraria consuetudo, quæ attendatur, induci, Abb. conf. 21. cum seq. suit à me questum, per tot. vol. 1. Felin. in rub. de major. & obed. num. 10. circa fin. Staphyl. de mod. & form. impetr. §. transeo nunc, nu. 12. Rot. de offic. vic. dec. 1. nu. 5. in no. & divers. decis. 206. nu. 4. par. 1.

Quamvis autem per creationem Vicarii generalis illi tribuatur ordinaria jurisdictione, hoc procedit, quoad universitatem

cast-